

# **Cartulaire de Marmoutier pour le Vendômois, Nr. 125**

Notum sit omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus quod ego Rainardus de Dalmariaco dedi  
Sancto Martino Maioris Monasterii unam manufirmam que est sita in Vindocinensi pago  
apud locum qui appellatur Moncellus. Redduntur etiam IIII solidi denariorum de censu pro  
ipsa manufirma, in hibernatica festivitate Sancti Martini Fulcodio de Lavarzinio, III solidi  
Teoderico, VIII denarii Lumberto et Viviano IIII denarii. Erat autem hec manufirma,  
quando eam Sancto Martino dedi, conscripta in dote genitricis meae; sed monachi, consilio  
meo, dederunt ei VII libras denariorum eo quod in vita sua donum quod feceram concessit,  
et manufirmam monachis guerpivit; nomina autem testium qui hoc viderunt et audierunt  
subter notata sunt: